AÑO LXVIII | 15 DE ABRIL DE 1920 | NÚM. 8.

BOLETIN ECLESIÁSTICO
DEL
Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Epistola Apostólica.—II. Secretaría de Cámara y Gobierno: Circulares.—III. Provisorato y Vicaría general: Edictos.—IV. Asamblea Nacional del Apostolado de la Oración.—V. Sentencia importante.—VI. Necrología.

# EPISTOLA APOSTOLICA.

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ORBIS CATHOLICI: DE FIDE CATHOLICA PER ORBEM TERRARUM PROPAGANDA.

BENEDICTUS PP. XV.

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Maximum illud sanctissimumque munus quod, suo iam instante ad Patrem reditu, Dominus Noster Iesus Christus discipulis demandavit, cum dixit: *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae,* (1) non erat sane Apostolorum vita terminandum, sed apud eorum successores perpetuandum us-

(1) Marc., XVI, 15.

que ad consummationem saeculi, quoad scilicet futuri essent in terra homines, quos veritas liberaret. Ex quo igitur *illi profecti praedicaverunt ubique* verbum Dei, (1) ita quidem ut *in omnem terram* exierit *sonus eorum: et in fines orbis terrae verba eorum*; (2) divini mandati memor, Ecclesia nunquam, labentibus saeculis, cessavit adhuc traditae divinitus doctrinae partaeque humano generi per Christum salutis aeternae nuntios et administros in omnes partes mittere. Illo ipso enim trium saeculorum spatio, quo ad Ecclesiam recens natam opprimendam, alia ex alia, excitata ab inferis persecutio desaeviit, cum omnia Christianorum sanguine redundarent, vox tamen Evangelii praeconum late Romani imperii fines pervagata est. Postquam vero pax et libertas publice est Ecclesiae data, multo maiores in apostolatu progressus toto orbe fecit: quo in genere praeclari vitae sanctimonia viri utilissime elaborarunt. Ex his Gregorius Illuminator Armeniam christiano nomini adiungit, Styriam Victorinus, Aethiopiam Frumentius; tum parit Hibernos Christo Patritius, Anglos Augustinus, Columba Palladiusque Scotos; deinde illustrat Evangelii luce Hollandiam Clemens Willibrordus, primus ille Ultraiectensium Episcopus, Germaniae populos Bonifacius et Ausgarius, Slavoniae autem Cyrillus et Methodius ad catholicam Fidem traducunt. Deinceps multo latior campus hominibus apostolicis patere coepit, cum Gulielmus de Rubruquis Fidei facem Mongolis intulit, cumque beatus Gregorius X primos missionales legavit in Sinam: quos subinde Francisci Assisiensis alumni consecuti, non exiguam ibi constituerunt fidelium eccle-

(1) Ibid., 20.
(2) Ps. XVIII, 5.

siam, quam haud multo post persecutionis orta tempestas dissipavit. America autem detecta, virorum apostolicorum agmen, in quibus praecipue commemorandus est Bartholomaeus Las Casas, Dominiciani Ordinis decus ac lumen, miseros indigenas cum ab hominum dominatu improbo tuendos, tum ex daemonum durissima servitute eripiendos suscipiunt; intereaque Franciscus Xaverius, dignus is quidem qui Apostolis ipsis comparetur, cum in Indiis Orientalibus et in Iaponia pro Christi gloria animarumque salute mirifice desudasset, ad Sinensis limen Imperii, quo iam tendebat, emoritur, quasi discessu suo aditum patefaciens novae Evangelii praedicationi in illam regionum immensitatem, in qua erat futurum ut e tot inclytis religiosorum Ordinibus et Missionalium Familiis homines Fidei propagandae studiosi, tantas per vicissitudines rerum ac temporum, apostolatum obirent. Postremo continens ea quae ultima patuit, Australia, itemque Africae interiores tractus, audacia constantiaque recentiorum explorati, christianae Fidei nuntios acceperunt; ac fere iam nulla est intra vastissimum mare Pacificum tam remota insula, quo non Missionalium nostrorum virtus actuosa pervaserit. Ex iis autem plurimi exstiterunt, qui cum fratrum salutem quaererent, ipsi, Apostolorum exemplo, ad sanctitatis fastigium pervenerint, nec pauci, qui apostolatum martyrii laude cumulantes, Fidem profuso sanguine confirmarint.

Iam vero tot tantosque labores a nostris in Fidei propagatione exantlatos, tanta studia posita, tanta invictae fortitudinis exempla edita considerantibus, vehementer demirari licet, innumerabiles tamen esse adhuc qui in tenebris et in umbra mortis sedeant; siquidem ethnicorum habita recenter ratione, ad decies millies centena millia numerantur.

Nos igitur, tam immensae animarum multitudinis lacrimabilem sortem miserantes, cum, pro Apostolici sanctitate officii, nihil habeamus antiquius quam ut beneficia eis divinae Redemptionis communicemus, equidem plurifariam in orbe catholico increbrescere illa, Dei nimirum Spiritu commota, studia bonorum in Missionibus exteris provehendis et explicandis, libenti sane gratoque animo videmus. Itaque ad ea ipsa studia fovenda usque quaque et incitanda, ut Nostro est muneri summisque votis consentaneum, lumine auxilioque Domini magnis precibus implorato, has vobis, venerabiles Fratres, mittimus litteras, quibus vos vestrosque cleros ac populos hortamur, significantes quemadmodum huic gravissimae causae prodesse possitis.

Primum omnium ad eos Nostra spectat oratio, qui, ut Episcopi aut ut Vicarii Praefective Apostolici, sacris praesunt Missionibus: ipsis enim cura omnis proxime incumbit Fidei propagandae, in iisdem praesertim spem amplificationis suae habet Ecclesia repositam. Quamquam non ignoramus quo fere sint ardore apostolatus, probeque novimus quae quantaeque iis vincendae difficultates fuerint, subeundaque discrimina, his maxime postremis annis, non modo ne de suis praesidiis stationibusque decederent, sed ut regnum Dei etiam dilatarent. Ceterum, eorum erga hanc Apostolicam Sedem observantia ac pietate perspecta, confidenter ipsis, ut filiis pater, animum Nostrum aperimus. Hoc igitur ante omnia cogitent se suae quemque Missioni tamquam animam, ut aiunt, esse debere. Quamobrem suis sacerdotibus ceterisque sui muneris adiutoribus bono sint, verbis factisque, documento, animosque ac stimulos addant ad sequenda usque meliora. Quotquot enim quoquo pacto in hac vinea Do-

mini operantur, experimento cognoscant oportet, planeque sentiant Missioni praesidère patrem vigilem, diligentem, caritatis plenum, omnes et omnia summo studio complectentem, qui suorum rebus gaudeat prosperis, condolescat adversis, conatus coeptusque laudabiles secundet atque adiuvet, qui denique subditorum quaecumque sunt, ut sua propria respiciat. Omnino, prout una quaeque gubernatur, ita varia est conditio et fortuna Missionum: quibus proinde valde perniciosum evenire potest, si quis ineptus minusve idoneus praeponatur. Plerumque enim quisquis patriam carosque propinquos deserit, christiani nominis propagandi causa, is longo saepiusque periculoso itineri se committit, alacer et promptus ad durissima quaeque toleranda, dum quam plurimas Christo animas lucretur. Qui si diligenti praeposito utitur, cuius sibi omnibus in rebus adsit prudentia et caritas, non est dubium quin fructuosissima futura sit eius opera; sin autem, valde est timendum ne, laboribus incommodisque paulatim defatigatus, ad extremum deficiat animo desidiaeque se dedat.

Praeterea qui Missioni praeest, curare in primis debet ut eam usque promoveat pleneque explicet. Etenim, cum ea regio cuius terminis sua Missio circumscribitur, omnis quam longe lateque patet, ipsius sit mandata curae, profecto omnium quotquot eadem in regione incolunt ipsi omnino quaerenda est salus sempiterna. Quamobrem si ex ingenti multitudine aliquot millia ethnicorum ad Fidem traduxerit, non ei fas erit in hoc acquiescere. Accuret quidem, tueatur et foveat eos quos iam Iesu Christo peperit, nec sinat ex eis dilabi quemquam et interire. Verum ne putet se fungi, ut oportet, officio, nisi ceteros etiam, quorum fere est nimio maior numerus, veritatis vitaeque

christianae compotes facere pro viribus et sine ulla intermissione contendat. Itaque ut ad aures singulorum eo celerius meliusque Evangelii praedicatio perveniat, multum proderit alias subinde missionalium stationes et sedes constituere, futuras tamquam totidem centra Vicariatibus aut Praefecturis novis, in quas, cum opportunitas adfuerit, eadem Missio dividatur. Quo loco debitas tribuimus laudes Vicariis Apostolicis, quotquot sunt qui ea ratione, quam diximus, regno Dei nova semper incrementa parant: eamque in rem si domesticorum adiutorum copia sibi non suppetat, eos ex aliena religiosorum familia vel societate libentissime accipere consueverunt.

At contra, quam non probandus ille foret qui Dominici agri partem, sibi assignatam ad excolendum, tamquam suam propriam possessionem haberet, quam prorsus nollet alienis manibus attingi. Quanta vero subeunda ei esset divini iudicii severitas, praesertim si—quod saepius contingere memoravimus—christianis non ita multis circumfusa esset multitudo ethnicorum, quibus quidem erudiendis quum ipse cum suis verbi ministris non sufficeret, nollet aliorum operam advocatam adhibere. Atqui catholicae Missionis praeses, cui nihil aliud cordi sit nisi Dei gloria et salus animarum, undique ad sanctissimum munus adiutores, cum opus fuerit, conquirit, nec ii qui sint, suae an alienae familiae aut nationis, quidquam pensi habet, *dum omni modo... Christus annuntietur*: (1) nec solum adiutores, sed adiutrices etiam, idest sorores religiosas adhibet ad scholas, ad orphanotrophia, ad nosocomia, ac domus hospitales, ad cetera caritatis instituta, in quibus novit, Dei providentis nutu, in-

---

(1) *Philip*. I, 18.

credibilem quamdam vim ad fidem latius proferendam inesse.

Ad haec bonus Missionis praefectus non se infra suos fines continet quasi aliena ducat omnia quae foris fiunt, sed, urgente caritate Christi, cuius ad gloriam quidquid intersit, sua multum interesse putat, cum collegis finitimis amicitiam et necessitudinem studet habere. Multa enim saepe exsistunt communia negotia ad eamdem regionem pertinentia quae, ut patet, nisi communiter, expediri non possunt. Sed praeterea magno cum Religionis emolumento Missionum praesides, quotquot poterunt, in unum statis temporibus convenient, ut consilia inter se conferant, mutuisque alloquiis confirmentur. Denique illud est quo quicumque Missionem regunt, ii suas praecipue curas oportet habeant conversas, ut sacrorum ministros de gente ipsa, in qua versantur, educent atque instituant: id quod novarum ecclesiarum spem maxime continet. Nam sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam: multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet.

Iam vero clerum indigenam, ut speratos fructus afferat, omnino necesse est bene conformare et fingere. At nequaquam satis erit ad hoc institutio quaedam inchoata et rudis, talis videlicet ut quis ad sacerdotium ineundum evadat idoneus, sed plena debet esse perfectaque et numeris omnibus absoluta, qualis sacerdotibus cultarum gentium tradi solet. Neque enim clerus indigena eatenus parandus est, ut missionarios advenas, humilioribus ministeriis addicti, adiuvent,

verum ut ipse, par divino muneri obeundo, recte possit populi sui gubernationem aliquando suscipere. Nam ut Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea, ita consentaneum est ex una quaque gente sacrorum administros exsistere, quos divinae legis magistros viaeque ad salutem duces sequantur populares sui. Ubicumque igitur adsit quantum sat est indigenae cleri eiusque bene instituti et vocatione sua sancta digni, ibi Missionarii opus feliciter expletum ecclesiamque praeclare esse fundatam iure dixeris. Quod si forte ad eam labefaciendam procella dein persecutionis oriatur, non verendum est ne, eo fundamento iisque radicibus, non sit hostiles impetus latura.

Hoc enimvero tam grave muneris officium ut ex veritate aestimarent, diligenterque exsequerentur, semper apud Missionum rectores institit Apostolica Sedes: cuius quidem in hoc genere studium clare indicant vetera et recentia huius Urbis Collegia clericis exterarum nationum instituendis, praesertim Orientali ritu. At, post hanc instantiam Pontificum, dolendum est regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse nonnullos, mature Evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emerserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari Evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos, a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint. Apparet igitur mancam mendosamque esse rationem ad hunc diem alicubi usitatam in educando clero qui se ad Missiones applicet;

cuius quidem incommodi removendi causa, Sacro Consilio Propagandae Fidei mandamus, ut quae variis regionibus opportuna sint, constituat, et Seminaria, quae regionibus singulis pluribusque simul dioecesibus usui sint, vel condenda curet vel condita iam recte gubernanda, praesertim vero sollicitum sit quemmadmodum novus in Vicariatibus ceterisque Missionum locis clerus adolescat.

*(Se continuará)*

# Secretaría de Cámara y Gobierno.

## CIRCULARES.

### I.

En los primeros días del mes de Mayo saldrá, Dios mediante, de esta Ciudad con el fin de practicar la Santa Pastoral Visita en el arciprestazgo de Rivas del Sil nuestro Iltmo. y Rvdmo. Sr. Obispo, dejando encargado del gobierno de la Diócesis, durante la ausencia, al ilustrísimo Sr. Provisor y Vicario General, D. Mariano Flórez Gallego.

Roguemos al Señor para que sus apostólicos ministerios redunden en la mayor gloria de Dios y en la santificación de los pueblos.

### II.

De orden de Su Sría. Iltma. el Obispo, mi Señor, se advierte a los señores secretarios de los Centros de Conferencias, que no lo hayan hecho, que deben remitir, a la mayor brevedad, a esta Secretaría de Cáma-

ra las copias de las *conferencias* morales y litúrgicas celebradas durante el año de 1919, para proceder a su revisión y examen.

Astorga 13 de Abril de 1920.

**Dr. Angel Satué Lombó,**
Can. Penit. Srio.

---

## Provisorato y Vicaría General.

EDICTOS.

I.

Por el presente se cita, llama y emplaza a D. Gregorio Ramos Alvarez, vecino que fué de Almázcara, y cuyo actual paradero se ignora, para que en el improrrogable plazo de diez días, a contar desde el de la publicación de este *Edicto* en el Boletin Eclesiastico de esta Diócesis, comparezca ante el Sr. Cura párroco del expresado pueblo a conceder o a negar su consentimiento y licencia a su hija legítima Julia Ramos Corral para el matrimonio que intenta contraer con Valentín Fernández Páez, natural y residente en el citado pueblo e hijo de Juan y de María; bajo apercibimiento que, de no comparecer, se le seguirá cuanto perjuicio haya lugar en derecho.

II.

Igualmente se cita, llama y emplaza a D. Ignacio Arias, vecino que fué de Dehesas, y cuyo actual paradero se ignora, para que en el improrrogable plazo de diez días, a contar desde el de la publicación de este *Edicto* en el Boletin Eclesiastico de este Obispado, comparezca ante el Sr. Cura párroco de dicho pueblo a conceder o a negar el consejo a su hijo Angel

para el matrimonio que intenta contraer con Teresa Carballo Macías, natural y domiciliada en el mencionado pueblo, hija de Angel y de María; bajo apercibimiento que, de no comparecer, se le seguirá cuanto perjuicio haya lugar en derecho.

Dados en Astorga a trece de Abril de mil novecientos veinte.—*Mariano Flórez.*—Por mandado de Su Señoría, *Rodrigo M.ª Gómez.*

---

## Asamblea nacional del Apostolado de la Oración.

La Dirección general del Apostolado de la Oración en España, que con tanto celo y tan felices resultados promovió y llevó a cabo, en Agosto de 1916 y de 1919, las asambleas de Loyola para cumplir y perfeccionar sus acuerdos y al mismo tiempo promover el reinado social del Corazón Sacratísimo de Jesús en nuestra patria, con el mismo celo e interés organiza, en estos momentos, una Asamblea Nacional de los Socios del Apostolado de la Oración y demás devotos del S. Corazón de Jesús, que tendrá lugar (D. m.) en Madrid, en los últimos días del próximo mes de Mayo, conforme al siguiente programa.

Día 26 de Mayo, miércoles-Inauguración de la Asamblea con sesión pública y fiesta religiosa.

Días 27, 28 y 29 de Mayo-Sesiones particulares por la mañana y generales por la tarde, en las que se tratarán los siguientes importantísimos asuntos: 1.° El Apostolado de la Oración: su esencia, fin, excelencia y organización; 2.° El Apostolado de la Oración y la gloria de Dios; 3.° El Apostolado y la Sociedad; y 4.° El Aposto-

lado y los hombres, según más detalladamente se especifica en *El Mensajero* de Marzo; sobre cuyos temas los que quieran pueden enviar a la Dirección de El Mensajero alguna nota o memoria antes del 15 de Mayo. Además, misa, comuniones y bendición con el Santísimo. Todo ello constituirá un triduo de preparación espiritual y de entusiasmo para el *gran día*.

Día 30 de Mayo—El *gran día* de la manifestación en honor del Corazón de Jesús. Por la mañana, si Dios quiere, se hará esta manifestación de modo que termine en una gran misa cantada por todo el pueblo. Por la tarde, algunos festivales que digan bien con la alegría de tal fiesta y con la significación de la Asamblea del Amor de Jesucristo.

Día 31 de Mayo-Por la mañana habrá una excursión eucarística al Cerro de los Angeles, donde se celebrará la Misa, se dará la Comunión y se hará el acto de Consagración al S. Corazón de Jesús, terminando, si puede ser, con procesión y bendición del Santísimo Sacramento.

La Junta central gestiona la rebaja de trenes, esperando conseguir las tarifas designadas para Asambleas y Congresos, que son las mayores, y hospedaje en las mejores condiciones, que se anunciarán oportunamente.

Para atender a los gastos de organización del congreso y poder recibir la tarjeta de congresista, cada socio debe contribuir con la cuota de *cinco* pesetas. Esta tarjeta les concede el derecho de obtener la insignia, de asistir a todos los actos de la Asamblea y de gozar las ventajas de los trenes.

Siguiendo las instrucciones de la Dirección general ruego encarecidamente a todos los señores Directores locales del Apostólado en esta Diócesis que se dignen

concurrir los que buenamente peudan a la mencionada Asamblea, y procurar que asista el mayor número posible de los socios del Apostolado y demás devotos del Corazón de Jesús, especialmente los celadores y las celadoras de sus respectivas parroquias, para contribuir con su presencia al mayor esplendor de estos cultos de fé y de amor al Corazón amantísimo de Jesús, Nuestro Rey y Señor.

La demanda de tarjetas pueden hacerla directamente los interesados a los señores Administradores de «El Mensajero del Corazón de Jesús—Bilbao», y de «Razón y Fé, Plaza de Sto. Domingo, 14—Madrid», o dirigiéndose al infrascrito Director Diocesano, que gustoso se ofrece como intermediario para conseguirlas, previa la cuota señalada.

Astorga, Abril de 1920.—*Felipe Arias, Chantre.*

---

## Los huertos y jardines de los Conventos no están sujetos al arbitrio municipal de solares.

*Resumen de Sentencia del Tribunal Contencioso Administrativo de Zaragoza.*

---

*I. Principales hechos.*

El Ayuntamiento de Zaragoza, en sesión ordinaria de 2 de Noviembre de 1917, acordó incluir en el *padrón de solares* las huertas o jardines de tres Comunidades Religiosas: «Dominicas de Santa Inés», «Carmelitas descalzas de Santa Teresa de Jesús» y «Carmelitas calzadas de la Encarnación», obligándolas, por tanto, al pago del arbitrio municipal sobre solares.

Las referidas Comunidades solicitaron del Sr. Al-

calde la exención de ese arbitrio y que ordenase la devolución de la cantidad cobrada por el Ayuntamiento a la Comunidad de Santa Inés en concepto de tal arbitrio de un solar edificable, cantidad que satisfizo equivocadamente esta Comunidad (las otras dos se negaron al pago) por confundirlo con otro impuesto municipal, según ella declara y consta en un resultando de la Sentencia.

El Ayuntamiento se negó a acceder a la petición que se hacía por considerarla *extemporánea*, pues había vencido el plazo improrrogable de 15 días para entablar las reclamaciones concernientes al caso. Es de advertir que las referidas Comunidades no tuvieron noticia de la inclusión de sus huertas o jardines en el *padrón de solares* hasta que les presentaron al cobro los recibos. Es también de notar que la inclusión se hizo en Marzo, los recibos se formalizaron en Junio y se presentaron al cobro a mediados de Octubre, y entonces fué cuando se presentó al Ayuntamiento la correspondiente reclamación, que, como hemos dicho, fué denegada por *extemporánea*.

Se interpuso recurso de alzada ante el Delegado de Hacienda, que lo desestimó fundándose también en la *extemporaneidad* del mismo y dictando, por tanto, una resolución confirmatoria del acuerdo del Ayuntamiento.

Interpusieron recurso contencioso ante el Tribunal Provincial, el cual en los considernados de su sentencia consigna la doctrina jurídica que sigue:

*II. Fundamentos de Derecho.*

1.º No se puede intentar vía contencioso-administrativa en los aumentos sobre cobranzas de contribu-

ciones y demás rentas públicas o créditos definitivamente liquidados en favor de la Hacienda, en los casos en que ésta proceda con arreglo a las leyes, mientras no se realice el pago en las cajas del Tesoro. (Artículo 6 de la Ley de lo contencioso).

2.° Los jardines anejos a viviendas no tendrán la consideración de solares. El producto íntegro de los jardines anejos a las viviendas se estimará conjuntamente y por los mismos métodos que el de los edificios respectivos. (R. D. de 5 de Enero de 1911).

3.° El avance del padrón de solares del año 1917, formado en el Ayuntamiento de Zaragoza, debió exponerse al público haciéndolo saber por los medios acostumbrados y, además, por anuncio publicado en el *Boletín Oficial* de la Provincia y en la *Gaceta de Madrid* por tener esta población más de cien mil habitantes (artículo 40 del Reglamento de 29 de Junio de 1911 para la ejecución de la Ley del 12 del mismo mes); y si bien consta en el expediente que se publicó el anuncio en el *Boletín Oficial*, no resulta probado que se publicara tal anuncio en la Gaceta de Madrid, ni que se hiciera saber a los interesados por los medios de costumbre, y, por lo mismo, *no puede admitirse que la reclamación formulada por los demandantes ante el Alcalde Presidente del Ayuntamiento de Zaragoza fuera «extemporánea»*, ya que es principio general en toda clase de procedimientos que las resoluciones que no se notifican en forma legal no adquieren el carácter de firmes, si los interesados no las consienten.

*III. Sentencia.*

Revocamos el acuerdo del Delegado de Hacienda de esta Provincia de 11 de Septiembre de 1918, confirma-

torio de lo acordado por el Ayuntamiento de Zaragoza en 2 de Noviembre de 1917, y declaramos que las huertas o jardines anejos a los Conventos ocupados en esta Ciudad por las Religiosas «Dominicas de Santa Inés», «Carmelitas Descalzas de Santa Teresa de Jesús» y «Carmelitas Calzadas de la Encarnación», no son solares edificables y, por consiguiente, deben ser eliminados del padrón correspondiente formado por el Ayuntamiento de Zaragoza para el cobro del arbitrio municipal sobre solares edificables, debiendo también dicha corporación devolver a las demandantes cuantas cantidades percibieron por el aludido arbitrio correspondiente al año 1917.

Zaragoza a 19 de Diciembre de 1919.

---

†

## NECROLOGÍA

En los días 30 y 31 de Marzo y 4 del corriente fallecieron, respectivamente, D. Esteban González López, ecónomo de Villar de las Traviesas, en el arciprestazgo de Boeza, D. Francisco Pérez Castro, párroco de San Román de la Vega, en el arciprestazgo del Decanato, y D. Esteban Blanco Alfonso, párroco de Valdesandinas y arcipreste de Páramo.

Pertenecían a la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenían acreditado el cumplimiento de cargas. Hacen los números 417, 418 y 419.

Su Sría. Iltma. se ha dignado conceder 50 días de indulgencia en sufragio de sus almas. (R. I. P.).

---

Astorga: y Imp. Lit. Fidalgo.